



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 35. Ad quid teneatur, qui bonâ fide rem furtivam emit aut vendit; aut pro re sua accepit pretium furtivum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**

ste aliena ditior: si autem res sua, cui pepercit, fuit  
preciosior re alienâ, quâ usus est, non tenetur  
alteri restituere nisi valorem rei, quâ usus est,  
quia non est factus ditior ex illa re aliena, sed tan-  
tum occasione illius plûs habet per rem suam  
cui pepercit, alter autem recipit, quod ex re sua  
est consumptum, Lugo d. 17. n. 11. Dicast. de  
Rest. d. 5. n. 19.

**143** §. 3. Si res aliena pereat apud possessorem  
bonæ fidei, etiamsi cum culpa ejus pereat, v. g.  
quia voluntariè combussit, nihil tenetur resti-  
tuere, non ex re accepta, quia non est factus di-  
tior, neque ex iniusta acceptance, quia cùm ne-  
sciverit esse alienam, non fecit formalem injuri-  
am alteri, ita cum communi Dicast. n. 15. & 20  
contra Adrian. & Sotum. An Cajus debeat resti-  
tuere pretium, quod ipsi dederat Titius pro ob-  
tinenda re aliqua, si Cajus hanc illi obtinuerit  
gratis, dictum est p. 1. n. 1046.

**144** Q. 34. An Cajus teneatur restituere, si aliquis  
habeat per contractum injustum bonâ fide initum cum  
Titio. R. Si postea deprehendat se ita lucratum  
esse, Less. in auct. v. Rest. cas. 5. & v. Societas offi-  
ciorum cas. un. Sav. Usura n. 8. dicunt in consci-  
entia non teneri restituere, si alio titulo tantum  
dem à Titio lucrari potuisset, v. g. per censum  
annuum, favetque Sanctarell. in Resolut. p. 1. q.  
46. n. 11., sed dicendum est teneri Titio restituue-  
re, quantum factus est ditior, si Titius præsu-  
mi non possit consensisse in hunc alterum con-  
tractum, uti recte Lugo d. 24. f. 9. Vide dicen-  
da n. 924.

**145** Q. 35. Ad quid teneatur, qui bonâ fidem fur-  
titivam

tivam emit aut vendidit, aut pro re sua accepit pretium furtivum. R<sup>e</sup>. Omnia ista resolventur postea à n. 961. An autem res furtiva possit reddi furi, si prævideatur non redditurus domino, dictum est à n. 98.

Q. 36. Quid addendum sit circa restitutionem <sup>146</sup>  
fructuum bonâ fide perceptorum ex re aliena :  
item circa compensationem melioramentorum  
vel expensarum. R<sup>e</sup>. De his dicetur à n. 204.

## ARTICULUS II.

*Quid beat restitui ab inferente injuriam formalem, seu male fidei damnificatore seu possessore.*

Resp. Id juxta supradicta æstimandum à quantitate tum juris, quod alter habet; tum damni, quod injustè infertur; cui æquale reddi debet, nisi aliud de damnificati merite & consensu rationabiliter præsumatur. *Unde resolvetur.*

147

I. Si damnificatus habeat jus in re, in quadamnum est passus, restitutio ei facienda est in solidum: si autem tantum habeat jus ad rem, restitutio facienda est pro quantitate juris, consideratis circumstantiis: quia non debetur solidus valor rei, quæ expectabatur, cum tantum sit in spe, & multis modis possit inaperdiri.

F 3

II. Qui